



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XXIII. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

P. HYACINTVS  
GRILLVS.

Italus Par-  
mæ. 2. Maij.  
1630. Act. 34.  
Soc. 15.

Cencio.

**P**ictum quoddam dicendi illius gen-  
nus, quod initio in dicendo ad con-  
cionem elegantius potius, quam reli-  
giosus suscepit, Superioribus timo-  
rem iniecit. At id ubi ille aduererit, vt  
erat religiosè ingenuus, omnem illum  
ornatum cum modestiâ commutauit,  
fructu permagno, apparitione præ-  
missâ diligentî, at verbis non è fide  
memoriæ recitatis, verum è præsentis  
argumenti, & cordis officina petitis.  
Audiebatur secundâ omnium cele-  
britate, cum Parmam luc flagrare ubi

audiât, facultatem eò se in id pericu-  
lum conferendi tandem impetravit;  
& eadem, quâ Parmam appulit nocte  
in Limodochium diuertit, vt ad ex-  
gros confestim perrumperet; præsen-  
tissimam eam suæ salutis occasionem  
vocans. Pridie quam peste afflaretur  
in ponte Parmensi ignotus senex, cultu  
Sacerdotali, & humano maius quid-  
dam præferens, illius operam, quam  
ægris præstabat, Deo gratam esse di-  
xit: mercedem propediem acceptu-  
rum. Quare ageret, se ad extrema  
vitæ componeret. Digressi ut fuere  
ab inuicem, Hyacinthus oculos in vi-  
rum ecquis esset, mox reflexit; at  
iam ille videri desierat & verum præ-  
dixisse, affirmauit euentus,

Charitas.

XXIII. DIE MAII.

P. FRANCISC V S  
ARIAS.

Hispanus  
Hispali 21.  
Maij. 1605.  
Act. 72.  
Soc. 44.

Cassius.

Mortif.

Gratia.

**T**otus è spiritu paupertatis, & se-  
ueræ in se pœnitentiae disciplina  
profectus, præstabat industriâ sin-  
gulari in serendis de Deo, & ad Deum  
traducendis sermonibus, ac in insimis  
quibusque instruendis. Hispali Pueri-  
lia bellorum imitamenta, quibus cu-  
nei puerorum concurrebant cum fundi-  
s, nec sine graui sœpè vulnere absce-  
debant, dissipauit. Fœminam nullam  
vnquam inuisit, nisi vera vrgeret ne-  
cessitas. Quadragesimam totam age-  
bat in cilicio; festis tantum exceptis. Gaditani Collegij Rector cum esset,  
seque ad concionem oratione prolixâ  
disponeret, à Scholastico quadam no-  
stro eius cubiculum forte ingresso in  
oratione sublimis à terra repertus est.  
A mortui cadavere pileus, calcei, ti-  
bialia, & vestis ipsa direpta est: cor-

pus loculo particulari conditum, &  
plumbeâ quoque laminâ cum inscrip-  
tione adiectâ.

MAG. ANDREAS  
PAVLICHIEZ.

**H**ic ad ea verba, *subuenite sancti Dei* Croata  
spiritum edidit, patientiæ longio- Albz. 3.  
ris laude insignis; de quo annuæ Tran- Maij. 1606.  
syluanæ sic reliqua prosequuntur;  
Fuit vir planè religiosus, humilis, obe-  
diens, & magnus mundi, siue con-  
temptor. In Scholis, & in conciono-  
bus, quando opus fuit optimè semper  
se gessit. Dum ex Boemia per Vngar-  
iam in Transylvanianam iret, per ciui-  
tatem quandam iter fecit, quæ à Pa-  
tria sua adeò propè aberat, vt duabus,  
vel tribus horis ire, & redire posuisset,  
ipse tamen licet ibi diem ferè inte-  
grum substituisse sinecque ullo incom-  
modo parentem quartum supra cente-  
sum annum agentem inuisere va-  
luisset

Mortif. af.

Conseq.

P. NICOLAVS  
CYZOVUSKI.

luisset id non solum non curauit, sed ne verbum quidem eā de re, vel cum superiore, vel cum socijs fecit minimum, Croata natione fuit: omnia tamen idiomata suo finitima Polonicum Sclauonicum, Rascianum callebat. Præter Latinam etiam ita Grecam, & Vngaricam linguam nouerat; ut hisce æquè facile & eleganter, ac materna loqui, & scribere valeret.

P. MARTINVS  
LASCIVS.

Polonus  
Craouit.  
23 Maij 1615.  
Stat. 64.  
Sec. 14.  
Fides.

**E**xemplo, scriptis, verbo, validâ ad animarum utilitates autoritate tam felix fuit, ut Cracouensem Se-natum vniuersum Orthodoxæ Reli-gioni adiuixerit, autorque fuerit Sancti illius decreti condendi, quo à Senato-rijs subsellis, ac dignitate Urbici Se-natoris, omnes hæretici arcebantur. Hoc etiam authore 40. horæ primum in Poloniā inductæ: arca Sancti Nicolai per Sodales misericordia ad pau-perum Virginum dotem colligendam instituta. Stupere hæretici. quod sclopis eius lateri admotis nihil omnino terroris, constantia plurimum of-fenderit. Peste coortâ suis quibus præterat ad tutiora missis, ipse discri-mini caput obiecit. Nostros admirabi- li charitate, maternâ quadam apud ægros peruvigatione; perpetuâ ser- uiendi assiduitate; se autem ipsum, religioso odio prosequebatur, nil etati parcens quo minus diris sese flagellis proscinderet, orandi, atque con-scientiam dispiciendi tempora humili- pronus exigeret, alienorum morborum fætores amanter, suos verdolores fortissimis tolerantia exemplis exant-laret.

**D**E hoc viro concepta opinio san-  
ctitatis, etiam post mortem. In-  
cruit. Creditum enim est illum à Deo  
impetrasse illam pluviā, quæ die il-  
lo abunde ac opportenē, quippe diu  
desiderata, cecidit quo die ad sepul-  
chrum elatus est. Orandi, se affligendi,  
animas ad salutem quærendi arte fuit  
præstans. Obedientiæ illius præmium,  
seu documentum fuit, quod prosperè  
ei omnia cedere voluerit Deus, quan-  
do ipse tunc adhuc iuuenis ad Dæmo-  
nem ex energumeno exigendum mis-  
sus, quād ipse promptus fuit, ac di-  
ctum Superioris audiens, tam facilè  
dicto suo parentem inuenit Dæmo-  
nem, quippe qui statim atque Nico-  
laus ductò super energumenum Cru-  
cis signo oravit, abiicit. Aut illum  
tertiō valerudinem corporis quando  
illius salus iam pro deposita habeba-  
tur, recepisse diuinitus ope SS. Ignatij,  
Xauerij, Barbaræ, Bibiane quibus  
erat apprimè addictus. Sub mor-  
tem elegantes, & suaves hymnos idio-  
mate vernaculo est meditatus, quibus  
è diuini amoris fontibus ductos con-  
tritionis actus percitè illigauit, qui-  
que lucem postea posthumū asperxerē.  
*Obed.*

Polonus  
Posnamæ.  
4. Maij 1615.  
Stat. 56.  
Sec. 39.

S.P. Ignat.  
S. Xauer.  
S. Barbara.  
S. Bibiana.

*Amor Dæ.*

*Mortifica-*

Superiores  
mortuus ut  
no gratas  
agit.  
Mortif.

OTIA.

N n cis

*Labores.*

cis post obitum diebus illi se spectabilem stitit, ut fertur, gratias egit, Primò quod ab eo laboribus fuisse liberaliter occupatus; deinde quod pœnis quoque, non infrequenter ad labores, ac religiosam frugem exercitus.

## P. HIERONYMVS FISCHER.

Bohemus in  
sylua casus.  
23 Maij 1634  
ætat. 56.  
Soc. 10.

*B.V.**Dicte à  
mortuo.*

**G**racij Styriae literis operam dedit. Deiparae Virginis religiosè additum addictus, eiusdemque Foyensi lapillo à peste ibidem repente curatus. Quidam de Societate (quocum Hieremias in singulari Dei Matis cultu peculiari quadam necessitudine conspirarat) post mortem illi apparuit, & ardenter alias in Hieremias pectore in colenda Deipara pietatem acris inflammauit, cum dixit: *Sibi penes Beatisimam Virginem bene esse: secuturum est ipsum breni; sed via duriore.* Quæ autem illa fuerit, seu tunc seu alias, certè diuinis, intellexit Hieremias, dum eas quas dixi mortui amici vo-

ces amico cuidam referens, adiecit: se in sylva quapiam cæsum iri. Factum id in ea sylva per quam iter in Poloniā intendebat Hieremias cum Glogouensi Collegio tunc præcesser. Ibi humi procumbens, & IESVM, ac MARIAM inclamans, ab hæreticis militibus *Iesuitas*, *Iesuitas* furenter succlamantibus pergeat prohibitus, & globo plumbeo traiectus est, socijs fugâ lapsis. Percussor ferè post semestre, globo simili & ipse in duello iactus interiit. Parcebat aliorum vitæ, spolijs contenti hi milites grassatores; at *Iesuitas* pessimè oderant, eò quod dicerent eos ministris hæreticis esse perfidios; item Romanam Ecclesiam nec progressus tantos habituram fuisse in Germania, & facilius ab hæreticis labefactandam, nisi hoc genus hominum pro illa tam solerter satageret. Audit sunt ijdem exprobare, quod idola Catholica (ita illi Sanctos vocant, atque imagines) suis opitulari non possint; sed Catholicos, ac etiam *Iesuitas*, prosterni finant ab hostibus. His nempe imbuti in Sociorum vitas grassatis sunt.

## XXIV. DIE MAI.

### P. CAROLVS SAGERIVS.

Gallas Tur-  
none. 24.  
Maij 1596.  
Soc. 45.

*Humilie.*

**A**d omnem literaturam humiorum, Philosophicarum ac Theologicarum disciplinarum ut scitè idoneus, ita obedienter promptus fuit etiam post maiora tractata se ad minora demittere. Probitatis magna, ac doctrinæ famâ illud obtinuit, ut ne coriphæos quidem hæreticorum cum Societate conferendos esse vulgo di-

ceretur. Veneno sublatum è vita tumor incessit: neque id ab hæreticorum ingenio alienum fuisse haud ambiguis experimentis accepimus. Cæterum Carolo illud quoque peculiare, ac inter paucos proprium fuisse in Societate videri potest, quod in illa secum tres fratres suos, ac demum Patrem quoque Societati adscriptos lætus aspexit.

*PANTO-*

*In Societate  
Pater cum  
quatuor filiis.*

Hisp  
Rom  
Maij 15  
Soc. 2

*Humili*